



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caout, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Iuenculus quidam à graui infortunio, quod perignem incurrerat, liberatur
B. V. per matrem voto emisso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

corpus fuit vulneribus vndequeque confectum misereque conquassatum & contritum quod quasi emortuum in proprias eius ades est delatum, vbi duobus diebus integris videntem que noctibus permansit, mulier sine potu ciboque, ac sensibus destituta. Sibi autem restituta narravit eo ipso instanti, quo ex quo collapsa est, se supplicem B. Virginem Camberonensem exorasse, ac seipsam eidem deuouisse, quæ felici cum exitu ei praesto fuit nam vbi equus per medias spinas, arborum truncos, fentes & sepes penetratus erat, cecidit auster planè recessus fractus est: quo factum est, ut diuinitus maiora superaret vitæ discrimina, minimoque temporis spacio inter ceteros penitus conualuit.

*IUVENCVLVS QVIDAM A GRA-
ui infortunio, quod per ignem incurerat,
liberatur, B. virgini per matrem
voto emisso.*

CAPVT XXI.

VXor Iacobi Capronij à Gagja filium habebat Ioannis nomine, qui in primis pueritiæ annis præcipiti casu in ignem prolapsus est, vnde in flamma tantum reperit detrimenti, ut quasi lumine oculorum exinde foret miserè orbatus, Simulatque ve-

ro mater eius ipsum B. Virgini Camberonen-
si deuouit peregrinum, visum cum pristina sa-
nitate recepit. Postea relictis parentibus, ipsi-
que etiam inuitis in alienas terras, easque
longinquas, peregrinationis ergo transtulit.
Eius autem absentiae mater plurimum con-
dolens, non sine lacrimis ad B. Virginem co-
fugiens eius opem suppliciter expeuit, tanta-
que instantia eandem inuocauit, vt tandem,
diuina disponente prouidentia, acciderit mu-
lierem quandam occurrisse adolescenti, si-
mulque eum monuisse vt sine mora ad ma-
trem rediret, quae eius causa assiduas funde-
bat lacrimas. Adolescens faeminam minimè
agnoscens respondit se orphanum, nihilomi-
nus tamen ad propria redijt, ubi per septenni-
um in alienas terras migrarat. Ad reditum
autem eius pia mater tota exhilarata, eundem
ad aediculam miraculosam Camberonensem
lata deduxit, secum deferens cereum dua-
rum librarum pondere cum vno quadrante,
filiumque suum voto fecit eidem peregrin-
um.

RELIGIOSVS QVIDAM MANV
fere paralyticus sanatur ad B. virgi-
nem voto confugiens.

CAPVT XXII.

I 7 FRA